



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

BUBO NORVEGIENSIS.



Viro insignissimo necnon Patrono ac Benefactori munificentissimo, Dno. Hans Sloane, Equiti aurato, Collegii Medicorum inter Londinenses Præsidi.

DOMINA.—Bubonem Norvegiensem, pignus amoris tui, avem pennatam perpulchramque, in quam tota stupet Academia læti accepimus incoluimus ac sanam. Per me, igitur, gratias quam maximas rependi Venerabilis Domus Convocationis, qui mihi in mandatis dedit ut gratias hæcæ celeriter et sine mora responderem ne ingrati animi Nota Incruentur nobis, neve ignorare videamur quanti pretii tam insigni Beneficium estimari debet. Edvardus Whistler, Legatus Academicus, mihi que Consanguineus (utpote uxor illius eandem Matrem, licet diversum Patrem, cum mea uxore iactat), missu meo ad Vicum rusticum vulgo dictum Wheatley, fecit iter, ut ibi prestaretur Adventum Bubonis, eaque ad Oxonium deduceret prima Nocte, sine ullo Tubarum aut Tympanorum strepitu, et si fieri potuit privato fallentique modo; cavere enim necesse esse duxi ut nullam molestiam facerent Regina Avium, vel lascivi Juvenes, vel profanum Vulgus; et ut nihil accideret per quod fieret publice perturbatio Pacis.

Pulsante Thoma Clasio, ipse cum ceteris Collegiorum Præfectis primum salutavimus Bubonem in hospitio meo; avem discumbere fecimus super mollem Lecticam in conclavi meo, juxta Focillum; in eodem loco quotidie quiescit, cibo ac somno parum indigens, et vitam agens vero Collegialem. Postero die quum Bubo est in gremium Almæ Matris Academicæ recepta, convenere apud Golgotha singuli Collegiorum et Aularum Præfecti, ut Novo Hospiti Hospitia assignarent, deliberarentque quales cultum victumque præstare ei par esset. In hoc venerabili consensu Ipse pro more primus surrexi et verba sequentia feci:—

“Insignissimi Doctores, Vosque egregii Procuratores, est mihi placens uxor, sunt etiam quam plurima munera a me, volente nolente, obunda, quas atram caliginem obducunt, diuque Noctes meas insomnes reddunt. Quandoque quidem ita se res habet, etiam atque etiam a vobis, Fratres Fraterrimi, rogo ut Bubo que mihi sollicitæ jucunda oblitia Vitæ suppeditabit, quæque uxori, Curis Domesticis gravata, innocuum movebit Risum, et, me absente, meas veses gerat, ut hæc optatissima Bubo, inquam, inter meos Domesticos adsciscatur, mihi que perpetuus fiat Hospes. Verum enimvero si huic venerando Coetui secus statuere in hac re visum fuerit, tamen sorte mea contentus abibo; memet paratum præstabo publicæ voci assentire atque parere viris quorum sententia haud unquam sortilegis discredipit Delphis.” Sic fatus recedam, & protinus Dnus. Dr. Delaune, Rovidus. Sancti Johannis Preses, surrexit, dixitque:—

“Insignissime Vice-Cancellarie, de via recta devius aberras, non ea mens, non id propositum fuit a Dno. Hans Sloane ut Bubo senesceret, adinstar Fratris nostri, Mathæi Hole, intra Collegii Parietes, donec procumberet a Lethi jaculo ictus: sed data est Avis, ut enecaretur, nobisque exquisitissimas præberet Dapes: mihi enim credite, vel, si Fides mihi parum sit habenda, credite Plinio, qui in Naturali sua Historia aperte profitetur Carnem Bubonis esse sapore præstantissimam et omni alio cibo longe anteponendam. Cæcino, igitur, die iterum conveniamus apud Hospitiæ Dni. Vice-Cancellarii ibique assata Bubone epulemur, & saluti Dno. Hans Sloane propinquemus Galicium Vinam eo modo quo par est, sive potius sine ullo modo, aut mensura Potus.”

Dno. Dri. Delaune respondet Dns. Dr. Dobson, Coll: Trinitatis Preses laudatissimus, & sequentem habuit Orationem:—“Non assentior Tibi, Dno. Dri., est enim adagium satis notum, ‘Si ames me, ama etiam Canem meum.’ Quod si Omnis est magistri gratia amandus, ita debet ratiocinari si colas Dnum. Hans Sloane cogenda est etiam Bubo ejus. Jam vero si Pectore Homicidali avem mactemus & devoremus, ipse Dr. Hans Sloane metuet, ne eadem sors ei contingat, si quando intra limites Academicæ fuerit deprehensus. Quocirca ab hoc sanguinolento Proposito vestras cohibite manus; & aliquid melius inter nos ineamus consilium.”

Relapso in sedem suam Dno. Dra. Dabson, sese ad eloquendum accinxit Dns. Dr. Holland, Coll: Merton Custos admirandus, atque ita est exorsus:—“Si quis est in me Ingenii, Judices, quod vos sentitis quam est exiguum, aut si qua exercitatio dicendi inquam inficior mediocriter esse versatum earum verum omnium vel imprimis hæc Bubo Fructum a me expetere proprio suo Jure debet. In medium igitur proferam quid mens in Pectoribus suadet in hoc solemnî negotio esse faciendum, quodque et vobis & Academicæ, cui Deus sit semper propitiis, in Gloriæ et Laudis Perennitatem cedat. Hortum Botanicum supereminet Edes in Hospitium Professoris Botanicæ extractæ, quas amenam hunc Hortum, omni Genere Leguminis oleris consistam, grato se ridenti aspectant vultu. In his ædibus cohabitabit Bubo una cum Professore Botanico, qui avi, quod absit, egrotanti opem presentem ferat, reducatque ad integram sanitatem arte sua vere Apollinari. Ne vero Professor ipse qui Bubonis Curæ nullo non Tempore totus vacabit Damnus vel minimum sentiat in Praxi medicinali, solvatur ei Obolus, Quadransve, a singulis qui Bubonem causa videndi Botanicum frequentabant Hortum. Hinc larga exerescent emolumenta que egregii Professoris Fidelitatem & Curam abunde remunerabunt, suppeditabuntque non solum victum et illi & buboni competentem, verum etiam quicquid horum Animalium desiderat Vita.” Hanc Orationem vix peroraverat Dns. Dr. Holland, cum Dnus. Dr. Gardiner, Omnium Animarum Custos Eminentissimus, de sede prostratus, & hæcè inatas voces contra Hollandum projecit:—“Tace, circutuncule, Tace, inquam, Ego assatam Bubonem comedere cum Dre. Delaune mallem, vel erudam vel plumatam Avem prolicum spectaculum fiat. Nemo enim nescit socios esse ignava et nugaci Indole preditos, ut si perpetuus ingressus pateret, perpetui evaderent Bubonis Comites: In sacello ita, necnon in Bibliotheca, ac in toto collegio meo foret infrequentia summa; ruerent Disciplina, ruerent Exercitia, ruerent Artes; at tales Ruinas avertat Cœlum, aut hæc mea avertet Dextra.” Sic fatus, anhelas recumbit, surrexitque Dnus. Dr. Gibbon, Coll: Regina Propositus acutissimus, qui hæc *ετα προεργα προσηκε*:

“Dne. Dr. Gardiner, quare tam injucundus, tam ferox, tam contumeliosus es in bonum nostrum Fratrem, Doctorem Holland? profecto tuus Vultus magis rabidus & magis truculentus apparet quam Caput Apri illius, quem pauper Puer olim de meo Collegio cruciavit, decollavitque unico armatus Aristotelis Libro. Dico autem tibi, nisi malus es Gubernator, nullam causam haberes trepidandi de sociis tuis. Sis tu igitur mihi similis, & tui socii erunt meis similes, quos libere permittam Bubonem visere toties quoties volent.” Ad hæc verba raptim surrexit Dnus. Dr. Gardiner, et leva manu prehensa Dni. Doris. Gibson, jugulo dextra, comminasset eum, ni Bedellus Theologus eo instanti Conclave intrasset, narrassetque “Bubonem ita male se habere, ut respueret escam a manibus uxoris meæ.” Hoc audito, singuli Præfecti Domum se festinanter receperunt, ac unusquisque e Collegio suo ablegaret Medicum, qui egroti Buboni opem pro viribus feret.

Ipse vero, a dno. Dre. Shippen monitus æquum esse, censui ad Te de robus hodie gestis scriptitare, simulque humiliter petere ut nobis quam primum precipias quid in hisce negotiis agendum sit. Hoc igitur in Precordiis persuasum habe, me paratissimum esse tua omnia mandata exequi, et memet prestare nullo non Tempore cum omni cultu et gratitudine,

Tuum Servum Fidelissimum ac Humillimum,

JOHANNEM MATHÆ.

Caps 6. 29. (22)



















































